



NOS

**DAMASUS PIUS DE-BONO**

IAM ARCHIPRESBYTER PAROCHUS BISEONÆ  
CANONICUS CATHEDRALIS ECCLESIAE AGRIGENTINÆ  
EXAMINATOR PROSYNODALIS  
AC SEMINARIJ DIOCESANI, ET COLLEGIJ  
SS. AUGUSTINI ET THOMÆ RECTOR  
NUNC DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA  
EPISCOPUS CALATAJERONENSIS  
PROR SANCTÆ MARIE GRATIARUM

*Animarum regimini plurimum refert ut fideles  
verum et proprium habeant pastorem, qui oves suas cognoscat  
et ad pasua salutaria dirigat. Idcirco S. Evidentissima Syno-  
dus (Sess. XXIV, Cap. XIII de Reform.) «mandat Episcopis pro tutiori  
«animarum eis commissarum, salute, ut distincto populo in certas  
«propriasque parochias, unicuique suum perpetuum peculia-  
«remque Parocum assignent, qui eas cognoscere valeat et a quo  
«solo licite sacramenta suscipiant» - Communitas  
Ramaccae, huius Nostrae Dioecesis, a duobus tantum sae-  
culis orta, olim Illmo ac Revmo Archiepiscopo Catanensi sub-  
jecta erat; qui cum esset solus Parochus totius Dioecesis, Vica-  
rium Curatum ad nutum amovibilem praefatae Comu-  
nitati designabat. Anno autem MDCCXLIV, per Bullam  
Pmi D. N. Gregorii PP. XVI, a Catanensi Dioecesi dismembata,  
huic Nostrae Dioecesi adnexa fuit; sed Praedecessores Nostri  
illam Ecclesiam in parochiam erigere, forsan ob incolarum  
paucitatem, opportunum non existimarunt; et, ut prius, illi  
Vicarium Curatum ad nutum amovibilem praetulerunt.*

Nunc autem, cum Comunitas prefata notabiliter creverit, ita ut quinque millium circiter animarum constet, quibus addendae sunt advenae, qui negotiationis causa in illam confluant, opportunum, imo necessarium Nobis videtur ut ipsam Comunitatem in Parochiam veri nominis erigamus. Nos ergo, vota Municipii et Populi Ramaccas benigne excipientes, Ecclesiam Matricem ipsius Communis in veram et propriam Ecclesiam Parochialem erigimus, eique omnia jura, quae aliis parochialibus Ecclesiis competunt, conferimus. Parochiae ambitus toto Communi continetur, atque terris quae vocantur Lotte, Galinella, Pasoprano, Margherito soprano, Margherito sottano, Ventrelli, Mandolo, C. dell'Ovo, Caccocciola, Chiapperia, Colle Serralunga, Colle Pignata, Cozzo dell'Olmo, Limpa, Catinelli, C. Collura, Landolina, Bernardella, Fondaco nuovo, Cubicchio, S. di Mazzarella, Sciara di Guarre, Ficuzza, S. Stefano quae terrae limites territorii constituent, necnon terrisque vocantur S. Maria, Zico Sindia, Spina Santa, Celso, Gabella, Pere, Alfano, Perrere sottane, Perrere soprane, Fabriani, S. Antonino, Murigno, Loasi, Gravina, Stempato, aliisque quae intra supradictos limites continentur. Parochus, qui semper omnibus futuris temporibus ad praerogativam iuris per concursum est eligendus, animarum habeat curam facultatibusque ordinariam sacramenta administrandi in ambitu suae Parochiae omnesque honores, necnon onera omnia ipsi curae adnexa. Parochus libellas quingentas currentis italicae monetae, quas Municipium ipsius Communis a trentennio et ultra Sicario Curato solvit, assignamus, necnon iura stolarum cum omnibus aliis iuribus et emolumentis, quae Parochus iure pertinent vel pertinere poterunt.

In quorum omnium fidem a

Nobis signatas et Nostro sigillo munitas has  
litteras dari iussimus.

Datum Calathrajerone die 24 Octobris 1909.

+ Damasy Puy Episcopus



Carney Philippus D<sup>s</sup> Interlandi Can. Ep